BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 98r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek





zona castitatis. Cuiusmodi lapidib; inscripta pa
trū uocabula gestat sacerdos. Cum ex secutus praece
dentiū iustorū. caritati castitati humilitati doctri
nae. ceterisq; uirtutū operib; iuge studium inpendit.
Et hoc inutroq; humero. ut siue iudeus quis. seu degentib;
adsit. claritatem semp in doctore ueritatis et pietatis.
perquam ipse ad meliora proficerit aspectet.
Facies in rationali catenulas sibi inuicem coherentes ex auro
purissimo. et duos anulos aureos quos pones inutroq;
rationalis summitate. Catenasq; aureas iunges anu
lis quis in marginib; eius. et ipsarū catenarū extremae
duob; copulabuntur uncinis. inutroq; latere suphumera
lis quod rationale respicit. Ordo operis quantum
nobis uidetur hinc enim fuit. Duo erant uncini supra
in duob; superhumeralis angulis inpositi. et duo con
tra anuli in duob; rationalis anulis sursum. Equibus
pendebant duae catenae aureae. quae et empr induendi
inserebantur uncinis qui in superhumeralis angulis
eminebant. Ut in sequentib; apestius scriptum est.
ut suphumerale et rationale mutuo nectterentur.
Quorū superior conexio hucusq; descripta est. Sequitur
aut de inferiori quae erat subtus ascellas. scriptura
ita subiciens. Facies et duos anulos aureos. quos pones
in sūmitatib; rationalis. et in oris quae e regione sunt